

hementiâ doloris hoc sibi confilium fuisse excusum, &c. Atque sic *Psalm. XIV, 1.* vidimus verbum **אמר** etiam de sermone interno animi usurpari, quando aliquid nobiscum statuimus, decernimus, &c. Latius de hoc verbo, quomodo differat à **אמר** &c. Hanneck. *de creat. thes. 3.*

**אשמרה** *custodiam.*) i. e. sedulam adhibebo circumspeditionem, attentè omnes declinabo errorum occasiones, &c. Hujusmodi namque industriam, negligentia & incuria oppositam, indicare solet hocce verbum, ceu observavimus *Psalm. XVI, 1.*

**אשמרה** *vias meas.*) i. e. omnes vitæ meæ occupationes ac negotia tam cautè tractabo, ut nulli virtutis excedam limites. *Viam* pro vitæ functionibus usurpari, quibus pedetentim deferimur ad vitæ terminum, ubi moventur præcipuè pedes animæ, consilia, affectûs, &c. imò ubi & corpus & anima in continuò sunt motu, id multoties hætenùs fuit deprehensum. Ac proinde & h. l. non viam terrestrem aliquam designari, facile docet sequens linguæ peccatum, quod non circa viam ita crasse sumtam solet committi, verùm circa vitæ occupationes alias, vide *Psalm XVIII, 22. XXV, 4. XXXVII, 7.* Hinc Lutherus etiam paraphrasticè hæc exponens planè omittit, *ich will mich hüten: olim: ich will meine Wege bewahren.*

**אשמרה** *peccando.*) i. e. ut ne peccem. *Gramm. p. 151. n. 6.*

**אשמרה** *linguam meam.*) ne videlicet per impatientiam ob malevolorum fortunam iisdem dira imprecer, nec convitiis eos proscindam, nec de providentiâ dura eloquar, vel de injustitiâ Dei conquerar, &c. De Pambone, versum hunc edificere non valente per 19. annos, *Socrat. l. 4. c. 18. 49.* anni ponuntur in *Tripert. f. 523.* Aliter versu hóc usus est Photius in Synodo Constantinop. Anno 869. ap. *Cabass. de concil. p. 530.* quem vide.

**אשמרה** *custodiam os meum.*) i. e. sedulò observabo, ut sit ori meo perpetuum capistrum. Sic enim construit *Aben Ezra* nomen **אשמרה** cum verbò **אשמרה** *custodiam*, suppletque **אשמרה** *ut sit illud* (ori meo &c.) Sic Lutherus olim: *ich will meinen Mund bewahren mit einem Biß.* postmodum: *meinen Mund zäumen.*

**אשמרה** *capistrum.*) i. e. constitui compefcere linguam meam indomitam, ne ulli eadem officiat, quomodo aliàs equi feroces hujusmodi capistris solent coërceri, ne mordeant. Nomen hoc nusquam alibi occurrit: radix verò **אשמרה** bis reperitur, *Deut. XXV, 4:* non obturabis os bovi trituranti; & *Ezech. XXXIX, 11:* vallis illa **אשמרה** *obturbabit* fœtorum scilicet cadaverum) nares prætereuntium. Hinc Michlâl Jophi exponit, quod *Machsom sit res, seu instrumentum, quod ori jumentorum inditur; ne comedat vel mordeat.*

**אשמרה** *dum adhuc impius in conspectu meo.*) i. e. quamdiu florentem ipsum cogor intueri & venerari; vel etiamsi adhuc ipse felix quotidie meis observetur oculis. Præpositio (**אשמרה**) ante particulam **אשמרה** ellipsin infiniti includere videtur, q. d. **אשמרה** *dum adhuc est* &c. vide *pag. 151. n. 1.* Lutherus: *weil ich muß den Gottlosen so für mir sehen. olim: ob wol der Gottlose gegen mir stehet. Campensis: quamdiu mihi negotium fuerit cum impiò.*

A **אשמרה** *in conspectu meo.*) particula **אשמרה** nominalem propriè habet significatum q. d. *in conspectu meo*, pag. 151. in fine. Sic autem perpetuam denotari præsentiam, constat ex *Psalm. XVI, 8.* posui Dominum **אשמרה** *Psalm. XVIII, 23.* judicia Domini **אשמרה**, *Psalm. L, 8.* holocausta tua **אשמרה**, &c. sic *Psalm. XXXVIII, 18.* dolor meus **אשמרה** jugiter.

## EXPLICATIO VERSUS III.

**אשמרה** *obmutui.*) h. e. instar muti hominis me gessi, nil convitiando, querulando, &c. sicut *Psalm. XXXVIII, 14.* dixerat; *sum quasi mutus, qui non aperit os suum, vers. 15. in cujus ore non sunt reprehensiones.* Nimirum hæc ratione suam indicat patientiam, humilitatem, doloris magnitudinem, imò & adversariorum ferociam, coram quibus frustra fecisset verba, imò majorem insultandi aut calumniandi suppeditasset occasionem: sicuti Messias quoque h. m. instar ovis obmutuit *Jesa. LIII, 7.* inter cætera & ideò, quòd sermones suos parum videret penetrare, apud adversarios, *Luc. XXI, 67. 68.* etiamsi respondero &c.

B **אשמרה** *silentiò.*) h. e. obmutui silentiò diuturnò ac austerò, silentium mihi imperavi magnâ cum severitate, & quam potui diutissimè. Exaggeratur h. m. dicendæ rei vehementia, cum nomen ejusdem significatus additur verbo, veluti cum *Gen. XXVII, 34.* dicitur **אשמרה** & *contremuit tremore* &c. vide *Glass. l. 3. philol. tr. 3. can. 32.* Sic apud Latinos: *servire servitutum, mori mortem,* &c. vide la Cerda *advers. sac. f. 110. n. 5.* Ita & h. l. *obmutui silentiò;* nomine quidem diversæ originis, significationis tamen ejusdem, adjecto. De nomine autem hóc (quod *Concordantie* ad **אשמרה** inusitatum, melius verò Pagninus ad **אשמרה**, referunt ob tertiam radicalem **אשמרה** per Jod designatam pag. 70.) vide *Psalm. XXII, 3.* Dietenb. *ich bin verstummet und demüthig worden. Moguntina: ich hab mich gedemüthiget.*

**אשמרה** *conticui à bonò.*) h. e. longissimè quasi ab omni gaudiò semotus, lugubre exercui silentium. Verba enim *silendi*, ut **אשמרה**, &c. cum præpositione (**אשמרה**) constructa, recessionem vel absentiam aliquam videntur simul involvere, sicuti supra ad *Psalm. XXVIII, 1.* fuit observatum: *ne fileas à me:* h. e. ne filens à me recedas. Hoc ipsum verò **אשמרה** tam in Kal, quam hiphil significationem servat eandem, valetque *Silere*, ceu constat ex *Jesa. XLII, 14. LVII, 11. Jud. XVIII, 9.* &c. Similia verba ejusdem in primâ & tertiâ valoris, sunt **אשמרה** & **אשמרה** *excidit, אשמרה & אשמרה rapuit, אשמרה & אשמרה cantavit, &c.*

**אשמרה** *à bonò.*) videlicet jucundò: h. e. gaudium à me exulavit penitus. Sic supra eadem vox **אשמרה** pro bonò, jucundò accipiebatur *Psalm. XXXIV, 11.* non carebunt ullò bono, & *vers. 13.* diligens dies ad videndum bonum: hoc est felicitatem omnigenam. vide *Cob. II, 24. III, 13.* Atque sic Lutherus: *ich schweige der Freuden/ & in marges ist mir nicht lächerlich. (olim: ich schweige des Guten.)* Melius enim hæc quadrant ad contextum, quam quòd alii accipiant hæc de bonò morali, ac si adeò mutus fuerit David, ut ne quidem bona & salutaria, vel etiam apologiam pro se ullam eloqui fuerit ausus, imò ne laudes quidem ipsius Dei. *Piscator:* filebam de bonitate causæ meæ. *Camp. abstinui etiam à bonis, metuens, ne illa in calumniam raperent. Chald. cessavi à verbis legis.*